Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift

loquente in euangelio. Qui perseuerauerit usq. in finem hic saluus erit. Magis
autem super omnia caritate que nunq. excidit. quia fortis est inquit ut mors
dilectio dura sicut infernus emulatio. Studere deinde his lignis substernere
et alligare ligna alia quoque preciosa et pulchra. cum tamen illa ad manum fuerint
inopes laquearium ad decorem domus. sermonem scilicet sapientiae siue scien
tiae. ypphiam. gratiam curationum. interpretationem sermonum. et cetera talia que
magis noscuntur sane apta ornatui. quam necessaria esse salutis. De his
perceptum non habeo. consilium autem do. Quoniam de istis modi ligna est. et la
boriose queri et difficile inueniri. et periculose elaborari. nam et rara ea
presertim his temporibus tua nata producere reputet esulo sane et moneo non
multope ista requiri. magis autem ex lignis aliis laquearia preparari. que
et si minus apparent splendida. non minus tamen ualida esse probantur. in sup
et facilius possidentur et tutius. Vtinam mihi illae suppetat copia lignae. quibus
ortus sponsi ecclesia copiose densatur. pax. bonitas. benignitas. gaudium
in spiritu sancto. misereri in hilaritate tribuere in simplicitate gaudere cum
gaudentibus. flere cum flentibus. Dn non tu illa domum qd ad laquearia
spectat satis habundeque ornata censeas. quam talibus lignis inspexeris
sufficienter compositeque tabulata. Dne dilexi decorem domus tuae. semper
da mihi haec ligna queso. quibus tibi semper ornatum exhibeam thalamum e
scientiae. conscientiae dico meae et altius. His contentus ero. erunt et
qui meo in hac re consilio acquiescere uolent. quia et te puto esse con
tentum. cetera scis aptius et uiris aptiores derelinqo. Si et uos dilini tam
et si illa ligna non habeatis nichilominus tamen si haec habeatis edificate. nichi
lominus cum omni fiducia accedite ad lapidem summum angularem dec
tum preciosum nichilominus super fundamentum aptae. et ypphiarum. et ipsi
tanquam lapides uiui superedificamini domos spirales. sacerdotium
sanctum offerre spirales hostias acceptabiles deo. per ihm xpm sponsum
ecclesiae dnm nrm qui est deus benedictus in secla

Ego flos campi et lilium conuallium. Ad hoc respicere
puto qd sponsa de respersis lectulum floribus commendarat.
Ne enim sibi flores asseriberet illos. quibus lectulus decorat